



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quid sit Commodatum, & quomodo ab aliis Contractibus distinguatur;  
item quæ res commodari possint; & quis commodare possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XV.  
DE COMMODATO.

## §. I.

*Quid sit Commodatum, & quomodo ab aliis Contractibus distinguatur; item qua res commodari possint; & quis commodare possit.*

**A**d primum ꝛ. Commodatum re & definiti ex Glossa in o. unio. V. Commodatum h. t. Quod sit alicujus rei ad aliquem specialem seu certum usum gratuito facta concessio.

Ad secundum ꝛ. per hoc quod ad certum usum concedatur, differt à precario, quod conceditur ad usum quidem, sed indeterminatum; per hoc quod ad usum concedi dicitur, differt ab omnibus illis contractibus, in quibus, vel usus non transfertur in accipientem, prout fit in pignore, & deposito; vel non tantum usus sed proprietates etiam transfertur in accipientem, prout fit in mutuo; & per hoc denique, quod dicatur gratuito facta concessio differt à locatione & contractibus innominatis, in quibus pro certa mercede elocatur aliquid, aut saltem pro alio aut facto, aut obsequio alteri datur aliquid: *Don't facias &c.*

Ad Tertium ꝛ. quod commodari possint omnis generis res tam mobiles quam immobiles, etiam res incorporeæ, ut sunt jura, seruitutes &c. Exceptis illis, quæ usu ipso statim consumuntur uti vinum, frumentum &c. in quibus Com-

modatum locum non habet, ubi rei conceditur, salva ejus substantia; res Sacræ, ad usum tamen sacrorum, profanos &c.

Ad Quartum ꝛ. commodari quemlibet, cui libera administratio rem commissa est, cum in talis dato, nulli fiat præjudicium.

## §. II.

*Ex qua Culpâ teneatur Commodatarius, si res commodata apud eum pereat, vel deterior fiat, & an teneatur prestare casum fortuitum?*

**C**ertum est primum, quod in commodato possit aliquis obligari, vel ex culpa, vel ex culpa; dolum committentem, si ex formali proposito, & intentione nocendi alteri, aut regis, quod est deregendum, aut verbi gratia in præjudicium alterius, vel fraudem committat. Culpa proprie dicitur, & formalem illam intentionem nocendi, non requirit, si Titulus logica tamen est, peccatum dicitur, contra mores, & Legem, de quo hic non agitur; si civilis tantum culpa est, vel iudicialis, est ommissio diligentie præstiti debite, unde damnum aliquod, cum in commodato sequitur; & quidem, si mittatur illa diligentia, quam commodatarius, & passim homines ejus conditionis